



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. II. Ad c.4. & 5. de usu & auct. Pallii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

CAP. II.

Ad c. 4. & 5. de usu & auct. Pallii.

S U M M A R I A.

1. Pontifex R. semper utitur pallio, alii Epif. non item. 2. Archiepiscoporum Gallie pallium.

STatuit Innocentius III. ut Romanus Pontifex semper utatur *Pontifex R.* pallio atque ubique, alii non nisi in Ecclesiis suis & certis *semper uti-* diebus tantum *c. 4. b.* Quapropter Petro Archiepiscopo *tur pallio,* Compostellano per veniæ dispensationem indulget, ut pos- *alii Epif.* sit in Ecclesiâ alienâ pallio uti, dummodo is, ad quem Ecclesia per- *non item.* tineat, id permittat. *c. 5.* Verum enim verò, quod solus Papa Romanus semper utitur pallio, ei contradicere videtur concilium Matisconense primum, in quo anno quingentesimo octogesimo primo sancitum, ut nullus Archiepiscopus præsumat missam celebrare absque pallio. *cap. 1.* Sed sciendum est, concilium istud loqui non de pallio Romano, sed de pallio Archiepiscoporum proprio. Nimirum quod unusquisque Metropolitanorum sibi confici ipse curaverat, priusquam Bonifacii persuasum Metropolitanis pallia sua à sede Romanâ coëmere cœpissent. Hoc enim ex Gregorio constat *lib. 4. Epist. 14.* quod Romano pallio uti non licuit præterquam in festis solennibus, eundemque morem Metropolitanis etiam in oriente fuisse docet responsum Demetrii Chomatani, qui eo uti licitum non esse ait, nisi in festis Paschatis, Pentecostes & Natalis Domini. Itaque aliud fuerit oportet Archie- *Archiepi-* piscoporum Gallie pallium, aliud Romanum, quod à Pontifice *scoporum,* accipi oportebat, ut censet P. de Marca *lib. 6. c. 7.* Cum enim à Za- *Gallie pal-* chariâ Pontifice Bonifacius in Galliam Germaniamque mittere- *lium.* tur anno 742. synodumque celebraret, decretum in eâ fuit, ut omnes deinceps viverent in unitate & subiectione Ecclesiæ Romanæ & vicarii B. Petri, & ut Metropolitanis à sede Romanâ pallium posthac quærerent, & per omnia Canonicè obsequerentur præceptis S. Petri. Ergo hætenus non alio præterquam Gallicano pallio ornati fuerant.

CAP.